*schichte 144–171 (freundl. Hinweis auf die beiden letztgenannten Werke durch Reiner Kammerl, Stadtarchivar in Weißenburg). Zur selben Sache gehören weiter unten* Nr. 1225, 1226, 1233, 1235, 1241, 1245, 1246, 1312, 1531, 1618, 1694, 1829, 2011 *und* 2290.

[2]) *Daß es sich um Übersetzungen, nicht um den Originaltext handelt, ergibt sich aus den erheblichen Abweichungen zwischen den einzelnen Inserten vom 19. April; s.u.* Nr. 1225 *und* 1226.

[3]) *Der genaue Zeitpunkt scheint unbekannt zu sein, die Exkommunikation ist spätestens im Frühjahr 1450 ausgesprochen worden; Leidel, Geschichte 153f.*

## 1451 April 15, Nürnberg. — Nr. 1206

*NvK an den Dekan von Eichstätt. Er beauftragt ihn, der Klage nachzugehen, die Abt und Konvent des Zisterzienserklosters Heilsbronn gegen Regierer und Einwohner der Stadt Nördlingen wegen der Plünderung des Klosterbesitzes bei Nördlingen NvK vorgebracht haben, und gegen diese, wenn die Klage zutrifft, gerichtlich vorzugehen.*

*Kop. (als Insert in* Nr. 1968 *von 1451 XI 6):* Ulm, *Stadtarchiv, E Neithardt 1451 Nov. 6.*

*Der äußerst formelhafte Charakter des Textes schließt seine Konzipierung durch NvK mit ziemlicher Sicherheit aus.*

Quia pro parte dilectorum nobis in Christo abbatis et conventus singularumque personarum monasterii Fontissalutis ordinis Cisterciensis Eystetensis dyocesis nobis expositum extitit cum querela, quod licet prefati abbas et conventus privilegium civium et incolarum opidi Nordlingensis Augustensis diocesis hactenus habuerunt et habeant pro illoque eciam dicti opidi regentibus et incolis annis singulis certam congruentem quotam persolverint, nichilominus tamen incole et regentes opidi predicti absque iusticia et sacrilego ausu nulla causa legittima subsistente curiam quondam, quam ipsi abbas et conventus habuerunt et habent et possident, vi et violenter intrarunt, illam bladis, fenis, utensilibus, libris, vasis argenteis et aliis inibi tunc repertis bonis penitus spoliando ac spolia huiusmodi in suos usus convertendo, necnon eciam dicti monasterii censuarios et creditores ad ipsos huiusmodi census et debita tradendum coegerunt villasque monasterii eiusdem circa dictum opidum constitutas plus quam in centum possessionibus combusserunt et alia plura eidem monasterio dampna intulerunt, ita quod bona sic spoliata et ablata ultra duo milia florenorum auri de camera larga taxacione se extendant, quare pro parte eorundem abbatis et conventus instanter fuimus requisiti, ut ipsis super hiis via iusticie de oportuno remedio providere dignaremur,

nos igitur, qui nemini iusticiam petenti viam precludere debemus, premissis attentis circumspeccioni tue auctoritate legacionis nostre, qua fungimur in hac parte, tenore presencium committimus, quatenus te de premissis et eorum circumstantiis summarie et sine figura iudicii diligenter informes et, si per informacionem huiusmodi premissa vera esse et dictas incolas atque regentes opidi prefati in premissis culpabiles inveneris, eosdem incolas et regentes ad tradendum dictis abbati et conventui bona sic, ut prefertur, ablata seu ipsorum verum valorem persolvendum et realiter assignandum seu se cum eisdem amicabiliter desuper concordandum vel causas racionabiles, cur ad illa minime teneantur, allegandum infra certum competentem terminum eisdem incolis et regentibus prefigendum sub censuris ecclesiasticis eciam per edictum publicum moneas et requiras et lapso termino huiusmodi de satisfaccione solvendorum seu concordia predictorum infra alium brevem terminum te facias certificari.

Si vero incole et regentes ipsi in premissis se contumaces seu rebelles ostenderint, eos penas et censuras in monitorio huiusmodi contentas et per te comminatas incidisse declares et nichilominus tamen et causas huiusmodi audias, cognoscas et fine debito termines una cum suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis, cum potestate eciam dictos incolas et regentes, si ad ipsos tutus non pateat accessus, per edictum publicum monendi atque citandi eisdemque et aliis, de quibus videbitur, sic per censuras ecclesiasticas inhibendi, quociens fuerit oportunum, faciasque, quod decreveris, censura simili firmiter observari. Testes autem, qui nominati fuerint, si se gracia, odio vel amore subtraxerint, censura talismodi compelles veritati testimonium perhibere, conscito prius tibi, quod ipsi actores et rei diversarum diocesium existant et quod dicti abbas et conventus, ut asserunt, in civitate Augustensi, de cuius diocesi dicti adversarii existunt, minime comparere auderent nec in dicta diocesi Augustensi actores prefati consequi valeant iusticie complementum, premissis ceteris-



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

que incontrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, que et nos presentibus volumus non obstare.[1])

---

[1]) *Vgl. hierzu weiter unten* Nr. 1968. *Wie sich aus* Nr. 2262 *und* 2311a *ergibt, gehört* Nr. 1206 *in ein umfassenderes Bündel ähnlicher Aufträge des NvK an den Eichstätter Dekan.*

## 1451 April 15, Nürnberg. Nr. 1207

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Pfarrkirche St. Laurentius in Nürnberg.*

*Or., Perg. (S):* NÜRNBERG, *StA, Reichsstadt Nürnberg, Kirchen in Nürnberg, Urk. Nr. 81. Auf der Plika:* H. Pomert*; unter der Plika:* Visa. T. L. *(durchgestrichen, darunter:)* Visa. T. L. *Rückseitig:* H. Sottern.

*Formular:* Splendor paterne glorie (Nr. 965).

## 1451 April 15, Nürnberg. Nr. 1208

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Pfarrkirche St. Peter und Paul des Niedermünsters zu Regensburg.*

*Or., Perg. (S):* MÜNCHEN, *HStA, KU Regensburg-Niedermünster, Urk. 1451 IV 15. Auf der Plika:* H. Pomert*; unter der Plika:* Visa. T. L. *Rückseitig:* Pe. Ercklentz. *Am oberen Rand drei kleine Kordelschlingen zum Aufhängen des Stückes wie bei* Nr. 1163, *jedoch keine Einschlaglöcher.*
*Kop. (um 1800):* REGENSBURG, *Staatl. Bibl., Rat. ep. 508 (Abschriften des Thomas Ried zur Geschichte des Niedermünsters) Num. 281.*
*Abb.: Boockmann, Stadt 267.*
*Druck: Ried, Codex chronologico-diplomaticus II 1023f. Nr. MLXXII.*
*Erw.: Zibermayr, Legation 120; Vansteenberghe 484; Koch, Umwelt 121; Boockmann, Stadt 263f. und 267.*

*Formular:* Splendor paterne glorie (Nr. 965). *Unter den Ablaßtagen fehlt sachgemäß Z. 10 Peter und Paul, da es sich um das gleich folgend genannte Patronatsfest handelt.*

## 1451 April 15, Nürnberg. Nr. 1209

*NvK an alle Christgläubigen. Er verleiht einen 100-Tage-Ablaß für die Kapelle des heiligen Blasius in Leitheim (bei Donauwörth).*

*Or., Perg. (Schnurlöcher; Schnur und S fehlen):* MÜNCHEN, *HStA, KU Kaisheim, Urk. 1289. Auf der Plika:* H. Pomert*; unter der Plika:* Visa. T. L. *Rückseitig:* Pe. Ercklentz.
*Erw.: Vansteenberghe 484; Koch, Umwelt 121.*

*Formular:* Splendor paterne glorie (Nr. 965). *Nach* dies *Z. 14 hat eine andere zeitgenössische Hand am Rand verdeutlichend ergänzt:* indulgenciarum.

## zu 1451 April 15, Nürnberg. Nr. 1210

*Archivregest über eine Urkunde des NvK, in der er 100 Tage Ablaß für den Apostel-Altar in der Klosterkirche St. Egidien zu Nürnberg verleiht.*[1])



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.